



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Co[n]uerta[n]tur peccatores in infernu[m], o[mn]es ge[n]tes quæ
obliuiscu[n]tur deu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Sic Numeri. xvj. Et ecce Core &c. Sequitur: Et surrexerunt. Vbi primus
& ad solam admirationem referri potest. Quo affectu & David. ij. Reg. xvij.
locutus uidetur: Fili mi Absalom, Absalom fili mi. Tam grandis autem hic est
affectus, ut si quid uerborū amplius addatur, minus moueat audientes, stupor
enim quanto maior, tanto paucioribus uerbis utitur. Et reuera stupendum est
St: por, pau- uer-
cioribus uer- bis utitur.
uerbo solo, tātas mundi moles subruī & humiliari, qualis erat Christi tempo-
ribus, cū maxime floreret, potentia, diuitijs, artibus, iusticia, ingenijs, sapiētia,
prudentia, eloquentia. Quare meo sensu potius in nominatio redderem: Ne-
ditatio. Sela (licet Hieronymi translationem in ablatiuo, non damnem) q̄ ad
mirabundus iste affectus potius nominatio uti solet. Diximus autem psalmi
Sela, nostro iudicio poni in psalorum locis, insignum magni & rari alicuius
affectus, qualis hic est, qui ob hoc ipsum merito dimidium uersum una dicitio-
ne occupat, q̄ nullis uersibus satis digne exprimi queat. Scriptum est enim, in
Reg. ultimo, David ipse quasi tenerrimus ligni uermiculus, scilicet, q̄ uir fue-
rimus ligni uermiculus.
rit totus tenerrimis, candidissimis, secretissimis affectibus plenus, Vnde qui
Asini ad lyrā canimus.
psalmos eius legimus, donec affectibus inanes sumus, Asini ad lyrā canimus.
Non nisi fidem, spem & charitatem, in Psalterio tractat, easq̄ nō in deserto ste-
rili speculationis, sed ubertate exercitatis simorum affectuum,
Quid David in psalmis tra-
ctet.

Cōuertātur peccatores in infernū, oēs gētes quæ obliuiscūtur deū.

Iterum peccatores transfert pro impijs. Loquitur enim de superbis (ut dixi)
iusticiarijs, quos nemo mutat, nisi, cognito deo iudicium faciente, & iram
intentante, ad infernum conuertantur, in sui scilicet cognitionem perfectam.
Nam ad infernum conuerti, nō credo, hic pro damnatione accipi (licet si quis
id contendat, non resistam) quæ de conuersione impiorum & gentium, mira-
bilia dei cantat.

Atq̄ ab hoc loco iam incipit orare Propheta ad finem usq̄ psalmi, ut mirabi-
lia mirabilibus addat deus, & qualia gessit in conuersis impijs, talia adhuc ge-
rat in his qui adhuc sunt impij, superbi, obliuiscuntur dei, eodem uer-
bo conuertendi. Conuersionem ad infernum, quid sit, psalmo. vij. uidimus,
& supra in increpationis uerbo & facie dei, & agnitione domini facientis iudicij
Gustare infer- num & cœlū.
cium, satis commemorauimus. Neq̄ enim quisq̄ perfecte conuertitur, donec
infernum & cœlum gustauerit, hoc est, donec experiatur, q̄ malus & miser
sit ipse, & q̄ dulcis, & bonus dominus: Quod intentatio mortis periculo &
horrore iudicij extremi potissimum sentitur, & in spe ac fiducia misericordie
dei agnoscitur.

Obluio dei. Obluio dei iterum hic non ea debet intelligi, quam uulgus intelligit, sed
quam psalmo. viij. super nomine Enos dedimus. Nemo enim magis audaces
& assidui dei memoratores q̄ impij, superbi, & peccatores, ut cuius nomē quo
Impij semper dei memora-
tores. dum non sentiunt de eo scd̄m ueritatem, immo sibi tribuunt quæ dei sunt, &
deo quæ sua sunt, hoc est, deum & opera eius & iudicia, humano suo mentium
tur sensu & affectu. De quibus satis multa diximus.

Inueteratam autem impietatem gentium notat, dum non arguit q̄ deum
offenderint, aut ab eo recesserint, sed offensiones, diuturnitate & cōsuetudine
nimia, in ius & mores promouerint, ut iam offendi deum a se nō credant, sed
potius coli & adorari. Qualis fuit gentium Idolatrarum conuersatio & cultus
Idolorum,

idolorum: Qui enim semel offendit, non mox obliuiscitur dei, sed scit se male egisse & reuertitur facile. Qui aut obliuiscitur, sine fine offendit, nesciens sese offendere, qd est impioru proprie. Ideo sunt idem impij & gentes obliuiscit dei, utiq; necessaria est conuersio ad infernu, ut comprehendatur in operibus suis. Oblerandū uero hunc uersum orari non simpliciter aduersus impios conuertendos, sed quia ipsi sunt qui perse quūtur Almuth impietate & superbia suat. Id quod uersus sequens uelut rationem reddens huius orationis ostendit.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.

Poterat sic reddere: Qm nō in fine obliuiscetur pauperis. Quod & hebræo aptius respondet & affectu in deum dulcius mouet, subauditur enim, Deus non obliuiscetur, cuius dicitur in fine uersus precedētis gentes oblitā. Quasi uersa sermonis figura dicit: Gentes obliuiscuntur deum, persequētes Almuth martyrum, at deus non obliuiscetur pauperis Almuth, cum tamen ad sensum appareat, utriq; longe contrarium: Nempe q impij uidentur etiam zelo dei ferere, tantum abest, ut obliuiscantur deum, qm in memoria dei esse creduntur. Adeo in spiritu loquitur & fidem requirit, quæ intelligat, quomodo consoletur his uerbis tribulatos, passos & morientes.

Quantū obseruata diligentius hebræa gramatica, id quod uersu precedente dicitur: Omnes gētes quæ obliuiscuntur deum, magis eos sonat, qui improprietate tant martyribus illud psal. xli. Vbi est deus tuus? Et infra: Dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suam, ne uideat in finem. Vt illud quod superius Almuth apud ludæos passam, dixit: Qm requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. Idem de eadem hic apud gentes passam referat. Tam ludæi enim, q gentes conati sunt, ut Martyres redderent pusillanimes in fide dei, non solum eos persequendo, sed etiam de adiutorio dei insultando, sicut & Christo in cruce fecerunt, illud psalmi, dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini eum & comprehendite, quia non est qui eripiat. Adeo non satis habet impij, q corpora occidit, nisi & fidem & spem, tentent occidere. Vnde hebræis, uersu precedente, obliuiscētes deum, possunt intelligi non modo qui ipsi obliuiscuntur, sed qui id agunt, ut credatur deus oblitus pauperū. Quem sensum plane disserit Hiero. in suo commentario.

Impij persecutores pauperū, fidē, & spem tentant occidere.

Dulcissime autem nos confortat his uerbis spiritus, ut sciamus, seu uerba, seu cogitationes, quæ nobis diffidentiam, pusillanimitatem, desperationem mouent, non esse ex deo, sed, ut optime psalmus. xli. docet, ex diabolo, uel hominibus, dicens: Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo, dum aspergit me inimicus meus, dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi inimici mei, dum dicunt mihi per singulos dies, ubi est deus tuus? Ita uidemus sanctos patres uehementer fuisse in fide & spe exercitatos & eos eruditos, ut non dubitent pronuntiare pusillanimitatem suam esse quidem a deo, sed tamen per diabolum & hominem, qui uerbo & cogitatione moueat hanc cordis molestiam. Ceterum alienum est opus hoc a deo qui operari contra seipsum non potest, ideo ad se diligendum, sperandū, credendum, letandum, operatur, quo impleatur præceptum eius primum, quo præcepit: Non habebis deos alienos, præter me.

In fide & spe patres exercitati.

V Ita & hic